Fragmentarium

breuis pollit aduerti. Veſtitur colobio albo cla
uata purpura induitur pallio albo quod per ſingu
los angulos ſingulas gemmas habet purpureas. R.
Vocatus a polimio rege indie bartholomeus apostolus ſancta
catheruis pluribus filiam eius ſolo iuſſu a demonio ſanauit
acaus. V. Regis filiam lunaticam morſu et ictibus lamante
quos capere poterat. Gloria. In ii nocturno antiphona. Beatus bartholomeus
ait polimio terrena tenens ſunt neceſſaria. ego autem nil tere
num deſidero. A. Aurum et argentum ſicut xpc contempnimus ſte
ait apostolus quia illuc ditari cupimus ubi ſolum eius regnat impe
rium. A. Cogente apostolo fatebatur demon ipſo nolente miſeri ſa
crificare nuchu quia catheuis igneis uinctus cremeor. Lectio iiii.
Vigniti et ſex anni ſunt in quibus numquam ſordi
dantur ueſtimenta eius numquam ueteraſcunt. Cen
ties per diem flexis genibus centies per noctem o
rans dominum. Vox eius quaſi tuba uehemens eſt. Am
bul ant cum eo angeli dei qui eum non permittunt fatiga
ri non eſurire neque ſitire ſemper eodem uultu eodem
animo perſeuerat omni hora hylaris et letus perma
net. Omnia preuidet omnia nouit omnem linguam
omnium gentium loquitur et intelligit. Ecce et hoc quod
uos interrogatis et quod ego do reſponſum de eo iam
nouit. Angeli enim dei famulantur ei et ipſi nunciant ei.
Et cum cepitis eum querere ſi uult oſtendet ſe uobis ſi
non uult non poteritis eum inuenire. Rogo autem uos ut dum
eum inueneritis rogetis eum ne huc ueniat et hoc mihi
faciant angeli qui cum eo ſunt quod fecerunt college me
o aſtaroth. Et hec dicens demon conticuit. R.
Dum predicabus apostoli filia regis eſſet incolomis uoluit ipſum rex

BIBLIOTHEQUE NATIONALE MANUSCRITS RF

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2318, 88r – Breviarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-n0u5/3500/36442)